

TACITO, ANNALI, XIV 5

Noctem sideribus inlustrem et placido mari quietam quasi convincendum ad scelus dii praebuere. Nec multum erat progressa navis, duobus e numero familiarium Agrippinam comitantibus, ex quis Crepereius Gallus haud procul gubernaculis adstabat, Acerronia super pedes cubitantis reclinis paenitentiam filii et recuperatam matris gratiam per gaudium memorabat, cum dato signo ruere tectum loci multo plumbo grave, pressusque Crepereius et statim exanimatus est: Agrippina et Acerronia eminentibus lecti parietibus ac forte validioribus, quam ut oneri cederent, protectae sunt. Nec dissolutio navigii sequebatur, turbatis omnibus et quod plerique ignari etiam conscios impediabant. visum dehinc remigibus unum in latus inclinare atque ita navem submergere; sed neque ipsis promptus in rem subitam consensus, et alii contra nitentes dedere facultatem lenioris in mare iactus. Verum Acerronia, imprudentia dum se Agrippinam esse utque subveniretur matri principis clamitat, contis et remis et quae fors obtulerat navalibus telis conficitur. Agrippina silens eoque minus agnita (unum tamen vulnus umero excepit) nando, deinde occursu lenunculorum Lucrinum in lacum vecta villae suae infertur.

1. Nella narrazione compare un certo numero di forme poetiche. Indica quelle che riesci a trovare
2. Tacito definisce il matricidio come *scelus*. Dove collochi il sostantivo nella gradazione lineare che include anche *nefas* e *facinus*? Come giustifichereesti la scelta dell'autore?
3. Perché Crepereio Gallo e Acerronia sono *familiares* di Agrippina? Cosa intende dire Tacito?
4. Il terzetto di protagonisti ha, sulla tolda della nave, una posa molto statuaria. Descrivila con le tue parole. Come definiresti il complesso così evidenziato?
5. Nerone e la madre avevano litigato violentemente, ma si erano apparentemente riconciliati a banchetto. Cosa intende Tacito con l'espressione *recuperatam matris gratiam*? Chi ha recuperato la *gratia*? Come tradurresti questa espressione?
6. Spiega come e perché Agrippina si salva per ben tre volte all'interno del brano
7. Cosa intende Tacito con *lenior iactus*?
8. Sulla nave di Agrippina c'è del trambusto... Perché? In che forma?
9. Da quale parte diresti schierati i *remiges* di r. 9?